modum anteactæ vitæ ſatis magnum uberemq́; fructum eo ipſo cepiſſe mihi videbar, quòd nuper, cum illud Pöema in Auditorio publico pronunciarem, multi veſtrum, qui tum aderant, tantâ humanitate & attentione me audiebant, ut ſingularem illorum & erga ludum noſtrum literarium & erga me benivolentiam & favorem facilè perſpicerem. Quid enim ferè unquam exoptatius mihi, quid honorificentius accidere potuit, quàm à tot clariſsimis viris tantâ æquanimitate & attentione audiri, & veſtrâ luce obſcuritatem meam illuſtrari?

Ejus

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id371631181/10 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG